



# **Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae**

Cvm Variis Indicibus

De Deo Effectore Creaturarvm Omnium. In tres præcipuos Tractatus  
distributa. Quorum primus De Angelis

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1621**

V. Utrum Angelus sit in loco extrinseco per aliquid actioni simile.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84413)

gloriam ibi esse dicuntur, nec etiam propter actionem transeuntem, quia in instanti creationis illa habere non poterunt.

13. Impugnatur iam posterius membrum secundum sensum innum. 5.

Superest, ut tertium modum explicandi illam opinionem expendamus. Nam dicere posset aliquis Angelum quidem posse substantialiter esse presentem corpori sine actione transeunte in ipsum, hoc tamen non sufficere, ut corpus illud dicatur locus Angeli, vel Angelus esse in illa tanquam in loco. Quia solum habent inter se propinquitatem, vel indistantiam in entitatibus, & ubi intrinsecis, sine alia relatione inter ipsa: illud a. non satis est, ut corpus magis dicatur locus Angeli, quam Angelus corporis. Sicut si duo corpora sint penetratiue in eodem spatio, neuter dicitur locus alterius, quamuis habeant propinquitatem, & indistantiam in suis quantitatibus, & ubi intrinsecis, ergo eadem ratio inter Angelum, & corpus militat, si solum se habeant inter se quasi penetratiue. Hec verò interpretatio in primis non est iuxta mentem auctorum prædictæ opinionis, ut ex dictis satis notum est. Deinde admittimus eam partem in qua conceditur conservari præsentiam Angeli in corpore sine actione. Ex illa inferimus illam præsentiam sufficere, ut Angelus ibi locum suum habeat. Tum quia ita loquitur Scriptura, quam Patres imitantur. Tum etiam quia seclusa actione nihil aliud cogitari potest necessarium, ut Angelus in loco sit, quod in capite sequenti tractabitur.

## CAPVT V.

*Vivum Angelus sit in loco extrinseco per aliquid actioni simile, seu proportionale.*

1. Prima opinio. Angelus esse in loco per applicationem virtutis.

Hic tractanda sunt opiniones præcedenti annexæ in cap. præ. dici potest secunda) dicit Angelum esse in loco per applicationem virtutis, & hanc applicationem esse proximam rationem existendi in loco. Ita tenet moderando priorem sententiam Capreol. in 2. dist. 2. quæst. 1. art. 1. conclus. 1. & Cajetanus 2. p. q. 52. art. 1. fuitque opinio Godfredi quodl. 8. qu. 13. quem secutus fuit Argent. in dist. 37. q. 1. a. 2. & ita Egidius exponit, & multi ex modernis Thomistis in hanc sententiam inclinant, & Viguierius, Valentia, & alij D. Thomam secundum illam interpretantes. Citantur etiam pro hac sententia Albertus Magnus in 1. dist. 37. sed ibi nihil clarum inuenio, item Herugus tract. de motu Angelorum. Gregorius Bultius, questione de locali motu Angelorum. Picus Mirandul. Apolog. de descensu Animæ Christi ad inferos. Paulus Cortes in 2. dist. 2. quorum copiam non habui. Fundamentum hujus sententiæ esse videtur, quia hæc applicatio vel est necessaria, ut Angelus sit substantialiter præsens loco, vel certe supposita dicta præsentia addit sufficientem respectum ad corpus ratione cuius locus Angeli dici possit: & ita putant expedire difficultates tactas in præcedenti sententia. Et huic opinioni videntur favere verba D. Thomæ in dicta quæst. 52. art. 1. dicentis, Angelum esse in loco per applicationem virtutis ad aliquem locum qualitercumque. Quod magis declarat quodl. 1. art. 4. dicens, Angelum esse in loco per operationem: ita tamen, ut per operationem non intelligatur sola motio, sed quæcumq; virtus, quæ sua virtute se corpori vinit, præsidendo, vel continentido, vel quocumq; alio modo. Per quæ verba videtur limitare, vel explicare, quod prius dixerat. Capreolus autem excedit, dum hanc declarationem refert, ut positam à D. Thoma in loco 1. sent. dist. 37. q. 3. a. 1.

2. Improbatur proposita sententia.

Nihilominus hæc sententia à multis Doctoribus infra recitandis improbat, & mihi etiam displicet. Primum quia illa applicatio virtutis, ut ab actione

transeunte distinguitur, & est aliqd præuium ad illam, vel non est aliud ab indistantia, seu præsentia substantiali, vel si quid addit, nihil ad existentiam in loco conferre potest. Probo singula, supponendo in primis dictos auctores distinguere applicationem virtutis ab actione transeunte, alias eorum opinio præcedenti non differet. Supposita autem distinctione per se manifestum videtur, dictam applicationem esse præambulam ad actionem, sicut inter corpora applicatio agentis ad passum ad actionem præuia est. Ipsum etiam nomen applicationis virtutis hoc præfert: nam in vniuersum applicatio virtutis, formaliter loquendo, ad actionem ordinatur, nec apparet aliud, quod per illa verba significari possit. Unde etiam oportet, ut illa applicatio sit aliquod medium inter virtutem actiuam, & actionem, ut etiam dicti auctores supponunt, quia non magis admittunt rationem essendi in loco esse potentiam, vel voluntatem, quam solam substantiam, & sine dubio frustra, satisq; improbabiler id diceretur. Videamus ergo quid possit esse hæc applicatio inter virtutem, & actionem. Nam in rebus corporalibus inter virtutem, & actionem nihil præuium requiritur ex parte virtutis per modum applicationis, nisi propinquitas inter agens, & passum necessaria, quæ non est aliud nisi determinata ubi virtusque, agentis scilicet, & passivi, in quibus relatio propinquitatis fundatur. Ergo si cum proportionale loquendum est de Angelo, & corpore, applicatio virtutis angelicæ ad corpus nihil aliud est, nisi coniunctio Angeli in tali ubi, quod possit fundare relationem præsentia, vel propinquitatis ad corpus ibi existens. Ergo applicatio virtutis sic explicata non constituit aliam rationem essendi in loco præter ipsam præsentiam, seu intrinsecum ubi: quod est contra intentionem dictorum auctorum, quia nullum nouum respectum, vel contactum virtualem Angeli ad corpus talis applicatio addit.

Dicitur tamen esse diferimen inter agens corporeum, & spirituale: quod virtus agentis corporei naturaliter agit, & ideo eo ipso quod agens corporeum est propinquum alteri corpori, habet virtutem suam applicatam ad agendum. At verò substantia spiritalis extra se liberè agit, & ideo licet sit indistans corpore, non statim habet virtutem ad agendum applicatam, sed speciali applicatione indiget, quæ a liquo medium sit inter virtutem agendi, & actionem transeuntem. Sed hoc ad explicandum locum Angelorum conferre non potest. Quoniam illa applicatio necessaria esse debet aliquis actus secundus ab ipso angelo elicitus. Nam esse non potest ipsa virtus agendi in puro actu primo, quia hæc necessario inest: applicatio autem illa dicitur esse libera, ergo consistit in aliquo actu secundo: nam per illum solum actualis libertas potest exerceri. Deinde actus ille immanens tantum erit, quia per illam applicationem, ut talis est, nihil ponit in extrinseco passio, imo inueniri potest in re ipsa sine vlla actione transeunte, ut Cajetanus & alij supponunt. Ex quibus aperte concluditur hanc applicationem solum esse posse actum voluntatis, quæ vult Angelus in tali corpore operari. Quia virtus motiua Angeli, v. g. vel est ipsa voluntas, ut multi volunt, vel si est potentia executiua à voluntate distincta, ipsa est per se satis expedita ad operandum, si voluntas imperat, ergo applicatio virtutis motiua, nihil addit, vel voluntati, vel potentia executiua, nisi actum volentis operari: nam per hunc actum videtur Angelus esse quasi in procinctu ad operandum. Sub actu vero voluntatis includimus actum intellectus, qui vel ad actum voluntatis necessario supponitur, vel interdum etiam sequitur, si ad illam proximam aptitudinem operandi ad extra necessarius sit: ut in Angelo custode esse potest attentio actualis ad mentem, & corpus hominis, quem custodit, ut illi subueniat, vel

in ipsum operetur, quando fuerit opportunum. Nec videtur posse exponi, quid aliud talis applicatio sit. De illa ergo dicimus non posse esse ex parte Angeli rationem existendi in loco.

4. *Impugnatur verò dicta applicatio primo.* Nam in primis si Cajetanus, & alij intelligunt hanc applicationem necessariam esse, vt Angelus habeat suam substantiam realiter presentem, & indistantem à corpore, ita vt non possit habere illam presentiam, nisi vbi hanc applicationem habuerit, non est minus falsa hæc sententia, quam præcedens. Vnde argumentor in hunc modum: angeli in Scriptura dicuntur esse non solum vbi nihil operantur, sed etiam vbi nihil operari possint, veletiam si possint, propositum non habent vbi operandi, ideoque dici non possunt, habere dicto modo ibi virtutem applicatam ad egedum, ergo hæc applicatio necessaria non est, vt Angelus sit in aliquo corpore saltem secundum realem presentiam. Iam enim supra ostensum est quoties Scriptura dicit, angelum alicubi esse, maxime id de real. presentia, & indistantia intelligere. Et ita consequentia est per se clara. Antecedens verò probatur eisdem exemplis, quibus supra vsi sumus. Angeli n. qui in celo Empyreo existunt, nil in eo possunt operari, quia non possunt illud localiter mouere, & aliud in illo efficere non possunt (vt ostensum est) ergo non habent virtutem operandi, quo ad illud corp<sup>9</sup> applicare possunt. Dices de se habere virtutem mortuam illi<sup>9</sup> corporis, quamuis illam exercere non possunt ex decreto Dei. Sed quidquid de priori parte sit, posterior nobis sufficit. Quia Angeli sancti non possunt habere actum voluntatis, quo applicant virtutem ad mouendum corpus immobile ex diuina ordinatione, quia talis volitio irrationabilis, & otiosa, seu superuacanea esset: imò non possent esse efficacis volitio, quia, omnibus penfatis, esset de effectu impossibili, de quo non potest esse voluntas efficax. Declaratur assumptum, quia volitio per quam fit talis applicatio, non habet pro objecto ipsam applicationem, quia hæc ab illo actu non distinguitur: nam applicatio non fit per actum effectiue, sed formaliter. Habet ergo illa volitio pro objecto ipsu effectum, scil. motum, vel presentem, vel futurum: nam est per modum propositi ibi operandi, vel itatim vel postea cum oportuerit. Hic ergo actus non potest esse in angelis efficacis respectu motus cæli empyrei, vt constat. Fingere autem in illis actum imperfectum, vel conditionem ex parte objecti, scilicet si Deus licentiam dederit otiosum est, & impertinens: ideoque absurdissimum esset huiusmodi actum in sanctis Angelis postulare, vt in celo Empyreo esse possint.

5. *Assumptum ostenditur exemplo Angeli in celo existenti.* Aliud exemplum est, de animabus separatis, quæ iuxta probabilem D. Thomæ opinionem nullam virtutem habent naturalem ad operandum transeunt in corpora, quæ non informant. Quod si ita est, profecto applicare virtutem non possunt, quam non habent, & tamen sunt in celo, &c. Veruntamen licet demus habere huiusmodi virtutem, nihilominus incredibile est animas Purgatorij, Verbi gratia, ibi applicare suam virtutem ad aliquid agendum, quia per Dei voluntatem ad patiendum, non ad agendum ibi destinantur, ergo verisimile non est animas iustas, quæ voluntatem suam ad diuinam in omnibus conformant, conari aliquid agere, vel virtutem suam ad hoc applicare, cum sciant nihil posse ibi agere, etiam si cuperent. Quid enim illud est, nunquid mouere ignem, aut aliud corpus ibi existens? Profecto frustra, & sine fundamento fingeretur. Quæ ratio in cæteris animabus, quæ vel in sinu Abraham fuerunt, vel nunc in limbo sunt, locum habet. In animabus verò damnatis accedit peculiaris consideratio, quia non solum ibi sunt ad patiendum tantum, sed etiam sunt ibi coactæ, & contra voluntatem suam, & ideo nullam voluntatem ibi efficiendi, nedum operandi habent. Quod argumentum etiam de demonibus fieri potest. Nam de istis

Suarez de Angelis.

certum est habere virtutem operandi, & illam in hoc mundo exercere: tamen in inferno non est hoc secundum verisimile, præsertim dum corpora damnatorum hominum ibi non existunt. Ac denique esto possint ibi applicare virtutem suam, non ex necessitate id facient, sed liberè, quia hæc applicatio non pertinet ad penam eorum, vt illam efficere cogantur, ergo pro sua libertate poterunt non applicare ibi virtutem suam, modo supra explicato, & nihilominus ex necessitate ibi existant, ergo applicatio non est necessaria, vt ibi existant.

Denique à priori potest hoc declarari ex dictis in cap. 2. nam Angelus potest sufficienter esse corpori propinquus per situm intrinsecum vbi, vt ibi probauimus, ergo applicatio virtutis, quatenus ultra dictum vbi aliquid liberum addit, non est ad prædictam presentiam necessaria. Patet consequentia, quia potest suspendi omnis libera applicatio eodem vbi immutato manente, v. g. si Angelus sit prior in hac domo actu in illa operans, potest cessare ab omni actione transeunte nullam mutationem localem in substantia sua faciendo, vt ibidem probatum est, ergo similiter potest habere decretum voluntatis nolendi amplius ibi operari sine vlla mutatione locali in seipso facta. Quia mutatio voluntatis, quæ non habet pro objecto mutationem ipsius vbi, à tali mutatione non pendet magis, quam ab actione transeunte, ergo potest manere, seu conseruari realis presentia, & intrinsecum vbi sine applicatione virtutis ad corpus propinquum, ergo eadem ratione potest in principio fieri, seu acquiri sine tali applicatione virtutis: vt si Angeli sancti velint ad eum locum descendere, in quo Eucharistia conficienda est, non vt aliquid extrinsecum ibi operentur, sed tantum, vt mysterijs diuinis adsint, & ea venerentur. Hoc enim Angelis esse consuetum Patrum traditio est, vt supra retuli, & sine dubio per se non requirit transeuntem actionem, & consequenter nec applicationem ad illam. Quia nec circa ærem, vel res alias ratione carentes, & in eo loco existentes, talis actio cum fundamento, vel vtilitate cogitari potest, regulariter loquendo. Circa homines verò existentes quamuis verisimile sit Angelos eorum custodes ibi adesse, vt eos ad bonum excitent, & à malo defendant, nihilominus præter istos possunt esse alij solum ad assisendum. Sicut in celo sunt multi assisentes, qui ex officio ministrant.

6. *Impugnatur secundò dicta applicatio à priori.* Posset autem aliquis opinionem Cajetani aliter interpretari, dicendo hanc applicationem virtutis non esse quidem necessariam ad presentiam, seu indistantiam angeli à corpore, nihilominus tamen esse necessariam, vt Angelus dicatur esse in tali corpore tanquam ex intrinseco loco. Quia si neque actio transeuntis, nec etiam applicatio ad illam intercedat, nullus est contactus, vel nexus, aut habitudo inter Angelum, & corpus, ratione cuius angelus in corpore, tanquam in suo loco esse dicatur. Et in hoc sensu non erit tam falsa hæc sententia, sicut in simili expositione de præcedenti dixi. Mihi tamen non probatur. Vnde in primis dico istum loquendi modum non esse consentaneum modo loquendi Scripturæ, & Patrum. Nam loquendo per terminos locales, simpliciter dicunt angelos esse in celo, vel alijs locis corporeis, in quibus nullam actionem ad extra, nec virtutem ad illam applicatam habent, vt varijs exemplis, & modis probatum est. At verò illa opinio dicto modo explicata rem totam ad modum loquendi reuocat, dum admittit naturalem presentiam Angeli ad corpus sine applicatione virtutis, & nihilominus negat illu esse locum Angeli, ergo in tali modo loquendi potius Scripturam, & Patres imitari debemus.

8. Adde deinde, si præter intimam presentiam inter Angelum, & corpus, & vbi vtriusque, vel actio

B b tran-

7. *Secunda sententia, seu modus alter inducendi applicatiōe virtutis, præ ratione existendi in loco.* Juxta probabilem D. Thomæ opinionem nullam virtutem habent naturalem ad operandum transeunt in corpora, quæ non informant. Quod si ita est, profecto applicare virtutem non possunt, quam non habent, & tamen sunt in celo, &c. Veruntamen licet demus habere huiusmodi virtutem, nihilominus incredibile est animas Purgatorij, Verbi gratia, ibi applicare suam virtutem ad aliquid agendum, quia per Dei voluntatem ad patiendum, non ad agendum ibi destinantur, ergo verisimile non est animas iustas, quæ voluntatem suam ad diuinam in omnibus conformant, conari aliquid agere, vel virtutem suam ad hoc applicare, cum sciant nihil posse ibi agere, etiam si cuperent. Quid enim illud est, nunquid mouere ignem, aut aliud corpus ibi existens? Profecto frustra, & sine fundamento fingeretur. Quæ ratio in cæteris animabus, quæ vel in sinu Abraham fuerunt, vel nunc in limbo sunt, locum habet. In animabus verò damnatis accedit peculiaris consideratio, quia non solum ibi sunt ad patiendum tantum, sed etiam sunt ibi coactæ, & contra voluntatem suam, & ideo nullam voluntatem ibi efficiendi, nedum operandi habent. Quod argumentum etiam de demonibus fieri potest. Nam de istis

8. *Adbuc reuocatur.* Juxta probabilem D. Thomæ opinionem nullam virtutem habent naturalem ad operandum transeunt in corpora, quæ non informant. Quod si ita est, profecto applicare virtutem non possunt, quam non habent, & tamen sunt in celo, &c. Veruntamen licet demus habere huiusmodi virtutem, nihilominus incredibile est animas Purgatorij, Verbi gratia, ibi applicare suam virtutem ad aliquid agendum, quia per Dei voluntatem ad patiendum, non ad agendum ibi destinantur, ergo verisimile non est animas iustas, quæ voluntatem suam ad diuinam in omnibus conformant, conari aliquid agere, vel virtutem suam ad hoc applicare, cum sciant nihil posse ibi agere, etiam si cuperent. Quid enim illud est, nunquid mouere ignem, aut aliud corpus ibi existens? Profecto frustra, & sine fundamento fingeretur. Quæ ratio in cæteris animabus, quæ vel in sinu Abraham fuerunt, vel nunc in limbo sunt, locum habet. In animabus verò damnatis accedit peculiaris consideratio, quia non solum ibi sunt ad patiendum tantum, sed etiam sunt ibi coactæ, & contra voluntatem suam, & ideo nullam voluntatem ibi efficiendi, nedum operandi habent. Quod argumentum etiam de demonibus fieri potest. Nam de istis

8. *Adbuc reuocatur.* Nam loquendo per terminos locales, simpliciter dicunt angelos esse in celo, vel alijs locis corporeis, in quibus nullam actionem ad extra, nec virtutem ad illam applicatam habent, vt varijs exemplis, & modis probatum est. At verò illa opinio dicto modo explicata rem totam ad modum loquendi reuocat, dum admittit naturalem presentiam Angeli ad corpus sine applicatione virtutis, & nihilominus negat illu esse locum Angeli, ergo in tali modo loquendi potius Scripturam, & Patres imitari debemus.

8. Adde deinde, si præter intimam presentiam inter Angelum, & corpus, & vbi vtriusque, vel actio

8. *Item ostenditur exemplo animæ separata.* Aliud exemplum est, de animabus separatis, quæ iuxta probabilem D. Thomæ opinionem nullam virtutem habent naturalem ad operandum transeunt in corpora, quæ non informant. Quod si ita est, profecto applicare virtutem non possunt, quam non habent, & tamen sunt in celo, &c. Veruntamen licet demus habere huiusmodi virtutem, nihilominus incredibile est animas Purgatorij, Verbi gratia, ibi applicare suam virtutem ad aliquid agendum, quia per Dei voluntatem ad patiendum, non ad agendum ibi destinantur, ergo verisimile non est animas iustas, quæ voluntatem suam ad diuinam in omnibus conformant, conari aliquid agere, vel virtutem suam ad hoc applicare, cum sciant nihil posse ibi agere, etiam si cuperent. Quid enim illud est, nunquid mouere ignem, aut aliud corpus ibi existens? Profecto frustra, & sine fundamento fingeretur. Quæ ratio in cæteris animabus, quæ vel in sinu Abraham fuerunt, vel nunc in limbo sunt, locum habet. In animabus verò damnatis accedit peculiaris consideratio, quia non solum ibi sunt ad patiendum tantum, sed etiam sunt ibi coactæ, & contra voluntatem suam, & ideo nullam voluntatem ibi efficiendi, nedum operandi habent. Quod argumentum etiam de demonibus fieri potest. Nam de istis

8. *Similiter demonum exemplo.* Aliud exemplum est, de animabus separatis, quæ iuxta probabilem D. Thomæ opinionem nullam virtutem habent naturalem ad operandum transeunt in corpora, quæ non informant. Quod si ita est, profecto applicare virtutem non possunt, quam non habent, & tamen sunt in celo, &c. Veruntamen licet demus habere huiusmodi virtutem, nihilominus incredibile est animas Purgatorij, Verbi gratia, ibi applicare suam virtutem ad aliquid agendum, quia per Dei voluntatem ad patiendum, non ad agendum ibi destinantur, ergo verisimile non est animas iustas, quæ voluntatem suam ad diuinam in omnibus conformant, conari aliquid agere, vel virtutem suam ad hoc applicare, cum sciant nihil posse ibi agere, etiam si cuperent. Quid enim illud est, nunquid mouere ignem, aut aliud corpus ibi existens? Profecto frustra, & sine fundamento fingeretur. Quæ ratio in cæteris animabus, quæ vel in sinu Abraham fuerunt, vel nunc in limbo sunt, locum habet. In animabus verò damnatis accedit peculiaris consideratio, quia non solum ibi sunt ad patiendum tantum, sed etiam sunt ibi coactæ, & contra voluntatem suam, & ideo nullam voluntatem ibi efficiendi, nedum operandi habent. Quod argumentum etiam de demonibus fieri potest. Nam de istis

transeuntes, vel applicatio virtutis necessaria esset ad localem unionem, (vt sic dicam) præferendam fore primam opinionem huic secundæ, quia per actionem transeuntem dici potest aliquo modo Angelus contingere corpus, vel continere illud. At verò applicatio virtutis prout explicata est, nullum contactum, vel quasi vinculum nouum inter angelum, & corpus efficit. Quod probatur, quia ille actus voluntatis, in quo illa applicatio consistit, est purè immanens, quamdiu passionem transeuntem non inducit. Ergo pro tunc nondum contingit corpus, nec tam illud respicit, vt passum, quam vt objectum. Quod aliter declaratur, quia ille actus magis est propositum de futura actione, quam de præsentis, ergo non potest in præsentis esse ratio existendi in corpore magis, quam ipsa substantia vel potentia, vel præsentia angeli. Item declaratur amplius, quia ille modus applicationis virtutis ad rem valde distantem haberi potest: nam Angelus existens in cælo potest attendere ad ea, quæ aguntur in terra circa Petrum, v. g. cum actuali voluntate illi succurrendi, vel illuminandi illum, cum oportuerit: nam id subito, & quasi in momento facere potest per innatam celeritatem, ergo ille modus applicationis non potest esse ratio essendi in loco, cum hæc propinquitas, & in distantiam requirit, siue illam secum afferat, siue supponat.

9. Tertia sententia ait dictam rationem existendi in loco esse instar operationis.

Propter hæc est tertia sententia, quæ duas præcedentes, vel corrigit, vel limitat, & nihilominus aliquid præter præsentiam substantialem requirit, vt Angelus sit in loco, illud autem esse dicit aliquod instar operationis. Hæc opinio tribuitur Capreolo in 2. distinct. 2. quest. 1. sed reuera ille in conclus. 1. expressè loquitur de applicatione virtutis, (vt supra retuli.) In articulo tamen tercio respondendo ad argumenta Aureoli contra eandem conclusionem videtur hanc sententiam indicare, dum ait: Quod contactus virtutis potest dici omne illud, quod se habet per modum operationis transeuntem in locum, aut corpus extrinsecum, & exeuntis ab Angelo, siue illud sit motus localis, siue ministratio Angeli, siue præsentia eius super corpus locatum, siue continentia, qua continet corpus, siue vnio eius ad corpus, siue influxus in corpus, siue quodcumq; aliud per modum actus secundi, & operationis transeuntem. Potest etiam pro hac sententia allegari D. Thomas in distinct. 6. quest. 1. artic. 3. dum ait, Locum non deberi Angelo secundum suam essentiam sed solum quantum ad operationem, vel per modum congruentiam, sicut in opere contemplationis, vel per modum necessitatis, sicut in his que circa nos operantur. Et ita declarat Angelos esse in cælo Empyreo, tanquam in loco congruente ad contemplationem. Idemque insinuat quest. 3. de potentia artic. 19. ad 2. quatenus dicit: Quod etiam nunc nihil prohibet Angelos non esse in loco si voluerint: et etiam semper sunt in loco propter ordinem, quo creatura spiritalis præsidet corporali. Et iterum ad 4. dicit, Angelos esse in cælo Empyreo, quatenus est congruus contemplationi, quamuis necessarius non sit. Hæc sententia non habet peculiare fundamentum, sed quia supponit necessarium esse contactum virtutis, vt Angelus sit in loco extrinsecò, & hoc in vera operatione transeunte seruari non potest, ideo saltem aliquid instar operationis inuenire, & explicare conatur.

10. Impugnatur primò proxima sententia.

Veruntamen vel hæc sententia cum præcedenti coincidit, vel nihil noui assert, quod ad rationem formalem essendi in loco conferre possit. Vnde in primis considerandum est, aliud esse loqui de ratione finali, propter quam Angelus est in aliquo determinato loco, aliud de ratione formali per quam ibi constituitur: nam sunt valde diuersæ, & hæc rationem formalem inquirimus, non finalem. Nam formalis est necessaria, & determinata ex natura rei: finalis verò nec necessaria est, nec determinata, sed est variabilis, & extrinsecæ, & ex parte agen-

tis potius, quam ex vi existentie in loco adiuncta. Et declaratur hæc distinctio, quia si angelus hic adfit, & actu non operetur, non poterit hic esse per operationem tanquam per rationem formalem essendi in loco: poterit tamen dici esse propter operationem, tanquam propter finem, si huic accedit animo, & intentione hic aliquid postea operandi. Illa ergo omnia, quæ in hac opinione multiplicantur, & dicuntur esse instar operationis, explicant quidem aliquo modo rationem finalem existendi in loco, non tamen rationem formalem. Quod in primis patet in ea quæ dicitur congruitas loci. Nam hæc congruitas in corpore magis, quam in Angelo consideratur, & in corpore supponitur, non sit ab Angelo. Vt in exemplo de cælo Empyreo, congruentia illius loci est, vel nobilitas, claritas, & pulchritudo illius corporis, vel situs eius supremus, & à corruptibilibus, & mutabilibus rebus maximè separatus. Hæc autem congruentia non est ratio formalis, per quam angelus constituitur in loco, vel contingat locum, vt per se motum videtur. Sed ex illa sumitur motuum constitutendi ibi angelos, vt congruenter, & decenter sint, quod ad rationem finalem reducitur: ad eum modum, quo res corporales in loco suæ conseruationi congruo collocatur, non quia congruitas illa sit formalis ratio locandi, sed sed quia est motuum, & ratio finalis. Sicut etiam homo in statu innocentie constitutus est in Paradiso tanquam in loco congruo, quamuis propria ratio constitutiva loci, seu essendi in loco alia fuerit.

Idem explicari potest discurrendo breuiter per ea, quæ Capreolus numerat, & inquirendo quid sint, quantum ve ad rationem essendi in loco conferre valeant. Et omisso motu locali, de quo jam dictum est, addit primò, ministratiorem. Quæ dici quidem potest vna ex rationibus finalibus, propter quam potest Angelus ad locum mitri, vel ibi adesse: nullo a modo illa potest esse ratio formalis essendi in loco. Tum quia, licet ordine intentionis illa sit prior, in ordine executionis prius esse alicubi, quam ibi ministrare. Vt, v. g. quando missus est Angelus Gabriel ad annuntiandum Virgini mysterium salutis, prius ingressus est ad eam, per quod ibi esse cepit, & postea ministerium suum inchoauit, loquendo ad Virginem iuxta verba Lucæ 1. Et ingressus Angelus ad eam dixit. Tum etiam quia hæc ratio ministrati manifestè est extrinsecæ, & pendens ex intentione agentis, postquam Angelus esse in eodem loco sine relatione ministerij. Tum denique, quia vel est sermo deministratiōe actuali, seu in actu secundo, vel tantum in actu primo, & quasi in animi præparatione. Primum non fit sine actuali operatione, & actione transeunte, quam hæc sententia supponit non esse necessariam, secundum autem non excedit applicationem virtutis, & sine substantiali præsentia esse potest. Et ita contra hanc partem procedunt omnia dicta contra præcedentem sententiam, & faciunt, quæ iam contra alteras partes addemus.

Secundo ergo loco addit Capreolus, præsentiam, referens Aureolum interrogantem, quid sit hæc præsentia. Cui ille respondet, Quod non est influxus actualis qualitatibus, aut virtutibus, sed dicit quendam nobilitatem, & exornationem, & actuationem corporis per spiritum. Et hoc modo dicit non solum Angelos sanctos esse in cælo Empyreo ornando illud, sed etiam demones esse in inferno veluti ornando locum illum. Et allegat D. Thomam in 4. dist. 48. quest. 2. art. 4. ad 3. Rursus verò interrogando quid sit iste ornatus, vel nobilitatio? respondet, Quod est quedam relatiue significata per modum actionis transeuntem, & ordo quidam congruentie vnus ad alium, vel superioritatis, vel deputatiōis vnus ad alium. Sed hæc omnia in primis non excedit applicationem virtutis, imò vix illam attingunt, unde omnia dicta contra applicationem virtutis, non minus contra hæc omnia procedunt. Deinde serbent omnia

omnia pertinent ad rationem finalem essendi in loco, formalem autem non attingunt, quia ferè omnia esse possunt sine presentia, seu indistantia substantia angeli, quæ ad essendum in loco in primis necessaria est, vt iam ostensum est.

Assumptum probatur, nam ordo congruentia inter cælum Empyreum, & angelum sanctum semper inuenitur, etiam si angelus sit in terra. Quod si dicatur, tunc Angelum non actu ornare cælum, sed solum quando est illi præsens. Hoc ipsum à Cajet. & alijs Thomistis merito redarguitur, quia talis ornatus, & supponit realem presentiam, & indistantiam, & in re ipsa nihil illi addit, sed solum denominationem extrinsecam, quam ex sola presentia Angelorum in cælo nos apprehendimus. Vnde frustra extenditur hoc ad existentiam demonum in inferno, quia reuera etiam in nostro modo concipiendi, & denominandi, demones non ornant illum locum, sed potius ipsum deformant. Neque D. Thomas in illo modo loquendi, & respondendi persistit. Idem argumentum in superioritate, nam angelus superior est corpori, etiam si in illo non sit. Item de deputatione, quia deputatione non est, nisi denominatio ab actu aliquo mentis, vel diuinae, vel creatæ, quo angelus deputatus est ad aliquod ministerium, vel ad operandum in aliquo corpore, quam deputationem retinet vbicumque sit. Idem est de presentia, quia hæc etiam in dignitate quadam morali, seu in aliquo munere consistit, vnde haberi potest, etiam si angelus distet ab eo loco, cui præsidere dicitur. Imò non solum quoad munus, sed etiam quoad aliquem eius usum durare potest. Nam ad eum, qui præsidet, pertinet curam habere subditorum, & precipere, vel ordinare aliquid, & hæc potest facere angelus superior, etiam si distans sit, quia hæc sunt per attentionem, intelligentiam, vel locutionem, quæ in angelis propter distantiam non impediuntur. Idemque est de custodia: nam Angelus custos suo modo præsidet homini sibi commutato, & nihilominus quamuis sit in cælo Empyreum, semper est custos, & inde præsidet, imò etiam custodit, vt fatetur D. Thomas 1. part. q. 113. art. 6. ad 3. & in 2. dist. 11. p. 1. q. 1. art. 4. ad 5. Ergo ista omnia nullo modo pertinent ad rationem formalem essendi in loco.

Ac tandem quoniam Capreolus fatetur hanc præsentiam, vel ornatum non esse nisi relationem quandam, interrogare possumus, an sit relatio rationis, vel realis: nam relatio rationis non sufficit ad formalem rationem essendi in loco, quia neque ratione sui, cum nihil sit, nec ratione fundamenti, quia vel est aliquis actus immanens, vel aliquid à reali presentia independens. Relatio autem realis nulla potest cum fundamento cogitari inter Angelum, & corpus, seclusa actuali efficientia per actionem transeuntem, nisi relatio propinquitatis ad locum, in quo est, vel distantia ab alijs locis: hæc autem relatio non fundatur in presentia, vel ornatu, aut congruentia, sed in solo vbi intrinseco, vt supra probatum est. Talis autem relatio licet ratione sui fundamenti possit aliquo modo pertinere ad rationem essendi in loco, vt infra videbimus, longè tamen diuersa est ab illis, quas Capreolus excogitauit, & ideo nullo modo pertinet ad rationem formalem essendi.

Et eisdem rationibus excluduntur facile alia membra numerata à Capreolo, quæ reuera in vocibus solum consistunt, & cum aliquid rei sub illis explicare conatur, in absurdum aliquod incidit. Vterius enim illam continentiam, appellat, & hanc explicat per fortificationem virtutis corporis, quam ita exponit: Quia spiritus comparatur ad corpus, tanquam actus eius: omnis autem potentia vigoratur ex coniunctione ad suum actum, & ita etiam corpus ex coniunctione ad spiritum vigoratur. Vnde hanc conjunctionem vocat etiam vnionem ad corpus. Et consequenter, etiam vocat influxum, quia confortatio sine influxu intelligi non potest, atque ita fatetur corpus ex conjunctione ad substantiam separatam aliquid accipere de illius virtute. Quia verò obijci poterat, quod spiritualis substantia separata nihil potest egere in corpus præter motum localem. Respondet tacitè his verbis: Non quod illa virtus sit in corpore per modum realis qualitatis, sed per modum intentionis, eo modo, quo color est in aere, & ideo ex hoc corpus talem influxum percipiens est vigorosius, & actiuus.

Si autem hæc verba attentè considerentur, & in se, & cum superiori doctrina eiusdem auctoris conpugnante, ferantur, repugnantiam inuoluerè inueniuntur. Quia si corpus aliquid recipit ab angelo, quo vigorosius, magisq; actiuum reddatur, necesse est, vt aliquid reale in se recipiat, quidquid illud sit: nam si in se non mutatur, nec robur, nec actiuitatem nouam recipere potest: si autem corpus aliquid entitatis ab Angelo recipit, illa entitas non potest esse nisi qualitas. In quo enim alio prædicamento erit? Erit ergò qualitas realis. Parumq; refert quod intentionalis vocetur: malè enim distinguitur qualitas à reali generatim sumpta, nam si realis non esset, nihil esset. Patetque in eodem exemplo adducto: nam color non est intentionaliter in aere, nisi efficiendo speciem, quæ qualitas realis est. Quod si in alio sensu, qualitas intentionalis distinguitur à reali respectu alterius, à qua producitur, quia non est illi æqualis, sed quædam participatio eius, & quasi illius vicaria, sic non est de nomine contendendum, oportet tamen vt Capreolus fateatur angelum non esse in corpore nisi efficiendo aliquid reale in illo, & consequenter per transeuntem actionem, quod ille admittere recusat, ideoque consequenter non loquitur, & repugnantia dicit. Vnde D. Thomas in 1. dist. 37. art. 1. in ea fuit sententia, quod Angelus est in loco per actionem transeuntem, & consequenter concessit Angelum esse in loco in quantum operatur circa aliquod corpus, vel motum, vel lumen, vel aliud huiusmodi. Sed illud de productione luminis, præsertim corporalis, receptum non est, & eadem ratione neque acceptandum est, quod aliquid huiusmodi possit Angelus producere. Et simili ratione actio illa intentionalis, quam excogitauit Capreolus, si vera, & realis putatur, fictitia est, & sine fundamento. Si autem vera, & realis non est, nihil est, & ideo esse non potest ratio existendi realiter in loco.

CAPVT VI.

Vtrum Angelus sit in loco extrinseco per realem, aut physicam vnionem ad corpus.

Sequitur tractanda quarta opinio dicens hanc rationem formalem esse modum quandam posituum, qui in Angelo sit denuo, quoties locum nouum acquirit, & corrumpitur, quoties locum amittit. Addit verò hæc sententia per illum modum non solum fieri Angelum propinquum corpori, & indistantem ab illo, sed etiam illi realiter vniri, ita vt modus ille amitti non possit quamdiu Angelus est præsens tali corpori, etiam si corpus à loco in quo est moueatur, si Angelus velit modum illum in se conseruare. Quocirca licet hic modus efficienter pendeat à voluntate Angeli, nihilominus iuxta hanc sententiam necessariò dicendum est pendere etiam à corpore, in quo Angelus est localiter, vel tanquam à causa materiali aliquo modo, vel tanquam à termino ad quem dicit intrinsecam habitudinem transcendentelem. Nam si corpus à Deo annihilaretur, necessariò angelus amitteret illum modum, nec posset illum conseruare etiam si vellet. Sicut modus vnionis animæ ad corpus necessariò destruitur, destructo corpore, huic enim vnioni comparatur modus ille angelicus ab auctoribus huius sententiæ.

B b 2 Vnde